


1. Proweoll Colloquij Mautbrunnensis.
2. Calvinij Redivivus D. Selmecey.
3. Tossani altera glauca von der Kayser
Eristi.
4. Constitution D. Sobry, qd in dissensionibus te,
chrisianis huius Christianis sit ferendum.
5. Consideratio aliquot locorum scripturae,
D. Helici de SS Trinitate, et Persona
Christi. Gen. 1. 1. 26. 27. Gen. 3. 22.
Gen. 29. 24. Hosea. 1. 7. Rom. 3. 2. Ier.
23. 5. 6. Ef. 48. 15. 16. Rom. 2. 8. 9. 10.
Dan. 9. 17.
Miq. 5. 2.
6. M. Yonae Wainrichij controversia de Spiritu
S. contra Gohimianos.
7. Cygnae Simonis Cantio huius communibus illis
strata a Casp. Finkio.
8. Gilsardi Lubij disputatio de Exorcismo.
9. Finis de Exorcismo disputatio altera.
10. Bartholdij Krakewis de praepostera Exorc
cismi abrogatione.
11. M. Michael Feyer huius huius de Baptismo
quaestiones.

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]





71

TRES
DE BAPTISMATE
QVÆSTIONES.

PRIMA.

An infantes ex fidelibus parentibus in Ecclesiâ nati, dum adhuc in utero continentur, adoptati sint in fœdus DEI, & sint filii DEI, ac hæredes vitæ æternæ, prius etiam quàm baptizentur, aut etiam nunquam baptizentur? *Negatur.*

ALTERA.

Utum in Baptismo pauci tantum, juxta *Calvinistarum* opinionem, absoluto DEI decreto ad vitam æternam ordinati, donum & gratiam Spiritus sancti accipiant: an verò omnes baptizati infantes Spiritu sancto & regenerationis beneficio potiantur? *Prius negatur, posterius verò affirmatur.*

TERTIA.

An aliter quàm in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizandum? *Negatur.*

Magnò quibus votò

De recens in cunulis modò jacente Herulo pufillo,

Illustri & Generoso Comiti ac Domino,

DN. CHRISTIANO-GUNTHERO

Comiti S. R. I. Comiti in Schvartzburg & Hohenstein, Domino in Arnstadt,
Sondershusâ, Leutenberg, Lorâ & Clettenberg, &c. Domino suo
clementissimo,

*Eâ, quâ par est animi submissione
gratulari voluit*

M. MICHAEL Blegenhorn Treb-Tyrig.

✽?o? 5o

HALÆ-SAXONUM,

Typis PETRI FABRI, Impensis JOACHIMI KRUSICKEN,

Anno M. DC. XVI.

12.

DE BAPTISMATE
QUESTIONES

Antiquitas et libellus concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum

in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum

in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum

in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum

in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum

in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum
in hunc modum concipitur in hunc modum





ILLUSTRI AC GENEROSO COMITI
AC DOMINO,

DN. CHRISTIANO
GVNTHERO, de quatuor Comitibus S.R.I.
Comiti in Schwartzburg & Hohenstein, &c, Do-
mino meo clementissimo.

*Pro dolore, gaudium,
Pro tristitia, letitiam,
Proq; lachrymis, risum;*

Subjectissimo exoptat animo

M. MICHAEL Ziegenhorn S. S. Litterarum
Studiofus.

O Buiis narratur, & in quaslibet subditorum
venit aures, *ô Generose Comes, Domine faventissi-
me, Heroinam tuam, ANNA M-SIBYLLAM,*
Generositate, integritate, virtute, pietate, probita-
te & prudentia, quæ singulari, Feriâ secundâ Pa-
schatos, pusillum peperisse Herulum. Gaude ergò
& exulta, *ô inclyte Comes!* cresce, & discussa occupa-
tione corpus motu atque exercitatione recalesce.
Si enim agricolam arbor ad fructum producta de-
lectat, siq; pastor ex foeto gregis sui magnam &
jucundam capit voluptatem: Quid, quid, *inquam,*
ô praecllens animo & virtute Comes! evenire credis hõc,
quòd DEVS te iterum benignè aspexerit, & non

A 2 sine

sine mirificâ quâdam voluptate, titillatione & delectatione pro mortuo Herulo novellum donaverit Herulum. Gaude iterum totus ovans, ô Generosissime Comes! totoque lætare pectore, tua quod conjunx generosa talem ex sese genuerit gnatum, Gaude fortiter, gaude constanter, gaude temperanter, eumque illâ tuâ Heroinâ, virtuosa & Generosa,

*Quæ non gnara doli, prava quoque, nescia fraudis,
Omnes tuas curas, & omnes misce cogitationes;
Ex animo gaudere debes, ô inclyte Comes!*

*ridere solutus,
Et quæ bucca feret, dicere cuncta licet.
Si qua latens mœstum forsân Te cura remordet,
Protinus in primo limine pone crucem.
Aut illam sumpto quamprimum pelle Lyæo,
Certior est curis nulla medela mero.
Discussis illis, renitentem exporrige frontem,
Non benè cum lætis tristia corda sedent.*

Lyæus dicitur Bacchus *παιός* τὸ λύαι, solvere, quod curas solvat atque discutiat.

Quid multa? Faxit DEVS! ut pumilillus hic Tuæ Generosit. filiulus in Timore Dei, initium qui est omnis sapientiæ, rectè imbuatur, ac denique *pietissimus, generosissimus, litteratissimus, prudentissimus* atque *justissimus* evadat Heros. Faxit ille immortalis **DEVS!** Faxit! precari quem non desino, ut porro T. Cienerosit. eam contingat gignere prolem, paternam & avitam quæ virtutis imaginem in omni posteritate possit propagare. Benè, ô pietissime Comes! cum pietissimâ tuâ infantariâ, **ANNA-SIBYLLA,** natu-

naturâ generosissimâ & clementissimâ, recens è par-
tu, vale, mutuaque illam amplectere charitate: &
sic Deus mitissimè Vobis suo aderit spiramine, Vale, in-
quam, ô generose Comes! Summaque cum voluptate
hanc meam humilimam accipe Quæstionem,
multumque ex eadem voluptatis, multum & dele-
ctationis cape, & si *exorabilis*, uti debes, fac facilè
obtinere, quod oro. Cùm nihil miserabilius sit,
ô justissime Comes! quàm incertâ hinc inde sede vaga-
ri, aut omnibus, & tempestatum & hominum in-
juriis expositis ædibus uti: propter DEVM Tu-
am Generositas, idque non semel, non bis, non ter,
non decies, non vicies, non tricies, non duo de qua-
dragies, non unde quadragies, non quadragies,
non quinquagies, non sexagies, non septuagies,
non octogies, non nonagies, sed centies, sed ducen-
ties, sed trecenties, sed millesies, exoratum volo,
meum ut illa sit *firmamentum*, meum *presidium*, me-
umque in promovendo *propugnaculum*, Denn wenn
Gwre Gnaden vnd dero Gnaden vielgeliebten Herren Brüdere/
meine allerseits gnädige Herren/ mich nicht befördern / so ist alle
mein hoffen vergebens/ vnd weiß nicht/ wo ich endlichen hinauß sol.

Nu wolan/ Ich getröste mich aller Gnaden.

Dabam Sunderhusi Dominicâ Qua-

simodogeniti 1616.

A iij

Dec



**Der Wohlgebornen vnd
Edlen Gräffin vnd Fräwen/Fräwen
ANNE. SIBYLLE/ Gebornen Gräffin
zu Schwarzburg vnd Hohenstein/ etc. Gräffin vnd Fräwen
zu Schwarzburg vnd Hohenstein/ Meiner gnädigen
Gräffin vnd Fräwen.**

Dieses Gnade vnd reichen Segen / zu aller Wohlfarth vnd Seligkeit durch Christum / sampt meinem vnterthänigem Gehorsam zuvorn / Wohlgeborne / gnädige Gräffin vnd Fräw / daß das Sprichwort war: Nach dem Betrübniß kömpt auch wiederumb Freude / Dessen haben nicht allein J. S. sondern auch dero Gnaden vielgeliebter Herr / der auch Wohlgeborne vnd Edle Gräffe vnd Herr / Herr Graff Christian Günther / der vier Gräffen des Reichs / Gräffen zu Schwarzburg vnd Hohenstein / etc. mein gnädiger Graff vnd Herr / In deme dero selben newlicher zeit / leider! vielgeliebtes Söhnlein mit Tode abgangen / Vnd aber

Esai. 25. v. 9. nun der Allmächtige gnädige vnd gütige Gott / der da ist vnser Gott / auff den wir harren / vnd er wird vns helfen / Der da ist der Herr / auff den wir harren / daß wir vns freuen / vnd frölich sein in seinem Heil / ein ander junges Herrlein / welches dem Herrn Vater / der Fräw Mutter / vnd also dem ganzen löblichen Hause Schwarzburg lieb vnd werth / vnd eine Frucht desselben herrlich vnd schöne / bescheeret hat / ein klares vnd scheinbahres Exempel. **Gesegnet sey nun E. G. dem**

E. G. dem höchsten Gott/der Himmel vnd Erden besitet / vnd ge- Gen. 14. 19.
lobet sey Gott der Höchste/das derselbe E. G. fast sehr fruchtbar ge- Gen. 17. 6.
machtet / vnd an statt des jüngst verstorbenen Jungen Herrleins/ 3
JOHAN-GUNTHERULI, durch Gottes willen ein ander jun- Rom. 1. 10.
ges Herrlein / welches dem Hause Schwarzburg eine sonderliche
Freude/vnd durch welches dasselbe außgebreitet werden möge/Auch Gen. 10. 5.
Ewre Gnaden sampt dero vielgeliebten Herrn getröstet / reichlichen Rom. 1. 12.
wieder erstattet hat. So preiset nu den **HERREN** in Esa. 24. v. 15.
Gründen / in den Insulen des Meers den Na-
men des Herrn / des Gottes Israel. Dancket Esa. 12. 4.
dem HERREN / predigt seinen Namen/machet
kundt vnter den Völkern sein thun/ verkündiget
wie sein Name so hoch ist. Lobset dem Herrn/ v. 5.
denn er hat sich herrlich bewiesen/solches sey kund
in allen Landen. Singet vmb ein ander dem Ps. 147. 7.
Herrn mit dancken / vnd lobet vnsern Gott
mit Harffen. Hebet ewre Hände auff im Heilige Psal. 134. 4.
thumb/vnd lobet den Herrn. Das ist von dem
Herrn geschehen/vnd ist ein Wunder für vnsern Ps. 118. v. 23.
Augen. Das E. G. eben auff den Tag / an welchem dieselbe ver-
gangenem Jahre darnieder kommen / vnd ein junges Herrlein auff
diese Welt bracht vnd geböhren/ wiederumb auff den Tag vnd vmb
dieselbige zeit sage ich/durch Gottes Gnade vnd Segen ein junges
Herrlein/darvon man nun in der gansen Graffschafft Schwarz-
burg/vnd außser deroselben redet vnd saget/ja deswegen Gott rüh-
met vñ lobet/ Der so ein herrliche That gethan/bracht Exod. 15. 21.
vnd geböhren hat. Solte nicht vmb solcher Geburt willen das ganze
vnd löbliche Haus Schwarzburg frölich seyn / vnd alle Einwohner
vnd Vnterthanen sich freuen? Solte nicht jederman mit dem Kö-
niglichen Propheten David sagen vnd sprechen: Sey nu wie Ps. 116. v. 7.
der

der zu frieden meine Seele/denn der HERR thut
dir guts. Solte nicht jederman sters vnd ohn vnterlaß im Mund
de führen? Gelobet sey des HERRN Name von nu
an biß in Ewigkeit. Der aufferstandene HERR IESUS/ der
Sünd/ Teuffel vnd Todt bezwungen vnd getilget hat/

Vnd aus dem Staub mit grosser Macht/

Fried/ Frewd vnd Leben mit sich bracht /

Gen. 15. 4. Gebe Gnade/das solch E. G. Söhnlein vnd junges Landes Herrlein/
welches von E. G. Leibe kommen/in allen Gräßlichen Tugenden wol
vnd Gottselig möge erzogen/vnd allgemeinem Vaterland ein Preis
vnd Ruhm seyn. Gott der HERR/ desgleichen nicht ist in allen Lan-

Exod. 9. v.
14.

Gen 35. 3.

Pfal. 115. 14.

Numeri 6.

Esa. 8. 22.

Esaia 29. 2.

Esaia 30. 6.

Esa. 30. 22.

Exod. 6. 9.

Gen. 18. 3.

den/ Der auch E. G. zur zeit des Trübsals erhöret hat/ segne E. G. je
mehr vnd mehr / auch E. G. vielgeliebten Herrn/ junges Herrlein
vnd Fräwlein/ Er segne E. G. vnd behüte dieselben / Der HERR lasse
sein Angesicht leuchten vber E. G. vnd sey deroselben gnädig / Der
HERR hebe sein Angesicht vber E. G. vnd gebe derselbe Friede/ Amen.

Mich E. G. Vnterthan/ belangende / Der ich nichts finde/
den Trübsal vnd Finsterniß/ der ich ihund traw-
rig vnd jämmerig bin / Der ich im Lande der
Trübsal vnd Angst sitze/ ja der ich schier gleich geachtet/
wie ein Vnflath/ vnd zu dem gesagt wird/ Hinauß/ auch für seufften
vnd Angst kein Wort fast mehr sprechen kan / kehre mich kürzlich zu
E. G. vnd bitte dieselbe in Ehren ganz vnterthänig/ sie wolle nicht al-
leine gnädig auff meine Stimme hören / sondern auch in Gnaden
auff meine Bitte acht geben/ vnd daß ich möchte Befördert werden
bey den Wolgebornen/ meinen gnädigen Graffen vnd Herrn / mich
gnädig verbitten helfen. Habe ich nun Gnade vor E. G. Augen
funden/ Ey! so gehe dieselbe nicht für ihrem Knechte vber / sondern
erbarme sich desselben/ vnd helffe ihm. Actum Sundershausen am
Sonntag Quasimodogeniti, 1616.

E. G. Vnterthänig.

M. MICHAEL Ziegenhorn;



I. QUÆSTIO.

An infantes ex fidelibus parentibus in Ecclesiâ nati, dum adhuc in utero continentur, adoptati sint in fœdus DEI, & sint filii DEI, ac hæredes vitæ æternæ, prius etiam quam baptizentur, aut etiam nunquam baptizentur?

Uno verbo; Queritur;

AN Christianorum, vel fidelium liberi, nascantur sancti, & careant peccato originali?

Anabaptistæ, ut & Calvinistæ, multa effingunt media, per quæ, Christianorum liberos esse sanctos ante baptismum, & originali carere peccato, atque ab utero vel in utero matris esse in fœdere vitæ æternæ, somniant & nequiter affirmare audent.

I. Aliqui dicunt liberos fidelium esse sanctos ab utero jure natiuitatis, seu jure hæreditario. Quod falsum. Sanctitas enim & emundatio in Baptismo contingit. Ergò antequam baptizentur liberi, sancti coram DEO non sunt, & per consequens, Infantes in utero sancti non sunt, nec Christiani nascuntur, sed fiunt Christiani ordinariè per Baptismum. Valet consequentia.

Quicquid enim purum, quicquid sanctum, quicquid nullâ internarum sordium labeculâ respersum, nulloq; vitiorum de honestamento conspurcatum, id non opus habet mundatione.

Omnes infantuli opus habent mundatione.

Ergò, &c. Si queramus;

Quo tempore sanctitas liberorum inceperit,

Et respondeatur;

Tempore conceptionis hoc esse factum;

B

Expresse sunt.

Vid. Kirch. in cõp. D. Christ. 537. Hesh, in Exam. 4 II. Cellichii in Catech. Germ. pag. 355. Mamphr. in articul. 4. visit. pag. 388. Mamph. pag. 388. An liberi fidelium sint sancti jure natiuitatis? Eph. 5. Mam. 368. Christianorum liberi ante Baptismum sancti non



Psal. 51. 7. Expresso Scripturæ textui contradicitur. *In peccatis*
 Eph. 2. 3. *concepit me.* Si dicunt *tempore natiuitatis*, iterum scri-
 Hunnius pturæ vim inferunt, quæ nos in peccatis natos, & *Quæ*
 in cōment. filios esse iræ dicit. Unde liquet quàm graviter errent
 Epist. ad adversarii, *parvulos nullum habere peccatum sentientes.*
 Eph cap. 7. Diversum edocemur perspicuo Apostolico hoc testi-
 pap. 190. monio; *eramus naturâ filij iræ.* Et evincit hoc ipsum ir-
 Infantes refragabilis effectus, quando & infantes mori cerni-
 moriuntur. mus. Unde peccatores illos esse liquet. Siquidem ubi
 Ergo pec- non est peccatum, ibi nec mors ullum habet jus, quæ
 catis ob- non nisi peccati stipendium est, sicut scriptum: *Aculeus*
 noxii. *mortis peccatum.* Et rursus; *Mors in omnes pervasit, qua-*
 Mors pec- *tenus omnes peccaverunt.* Unde & infantes, etsi non ita
 catis stipe- ut nos adulti peccent actualiter, tamen originali vitio
 dium. infecti, & morti quoque obnoxii sunt. Cùm enim indu-
 Hun. in E- bitatum sit axioma Apostoli, *quod mors intraverit in mū-*
 pist. ad Ro. *dum per peccatum, & quod moriantur homines, quatenus*
 c. 5. p. 201. *peccarint*: experientia autem testetur, *infantes quoque*
 Idem pag. *mori.* Necessariò sequitur, *infantes peccato non carere,*
 207. sicut scriptum est; *Quicquid ex carne natum est, ca-*
 Johan. 3. 6. ro est.
 An malū Hinc eorum quoque evertitur opinio, qui malum
 originis illud originis propriè & verè peccatum non esse con-
 propriè & tendunt. Quorum sententiam res ipsa liquidò refellit.
 verè sit peccatum? Mors enim intravit per peccatum, teste Apostolo. Cùm
 An liberi verò mors etiam dominetur in eos, qui actualiter non-
 fidelium dum peccant, nempe infantes; Sequitur certè, eos pro-
 sint sancti pter originis vitium dominio mortis esse subjectos; &
 vi promif- proinde originale illud malum verè ac propriè pecca-
 sionis tum esse.
 Quod fal- 2 *Aliqui vi promissionis.* Hoc ipsum quoque falsum ef-
 sum, qua- se, quatuor potissimum probatur fundamentis.
 ruor pro-
 batur fun-
 damentis.

Pri-

Primum quodnam?

I.

5

Promissio DEI, cum media semper subintelligat, sine applicatione plane irrita atq; inefficax est. Hoc n. verè Theologicum est axioma: *DEI promissio requirit fidem, applicatio promissionis non absque medio, sed per media ordinata, scilicet Verbum & Sacramenta.* Pœnitentiam agite & baptizetur unusquisque vestrum in nomine JESU, &c, Vobis enim facta est promissio. Hic Petrus Judæis & gentibus proponit promissionem, atq; remittit ipsos ad pœnitentiam, & ad Baptismum, admonens, ut desinant parere improbissimis dominis dedecori & turpitudini, & unusquisque Christo per Baptismum consecretur. Non sanctos pronunciat Judæos absque pœnitentiâ & baptismo, licet cum filiis suis haberent promissiones. Sic licet ad gentes pertinet promissio, non tamen gentiles & filios illorum dicit sanctos, absq; fide & baptismo, imò gentiles cum filiis fuerunt impii & sanctificationis expertes, nec sanctificati, priusquam agerent pœnitentiam & baptizarentur. Quapropter non aliter ad pueros natos ex sanctis pertinet DEI promissio, quàm ad alios infideles & eorum posteritatem, neq; plus habent sanctitatis, neq; aliter quàm illi sanctificantur cum baptizantur.

Actor. 2. 38
Vide D.
Mamphr.
in dict. art.
visit. pag.
393. 394

Quodnam Secundum?

26

Ipsimet Calvinistæ id, quod res est, dicunt, nempe liberos ex fidelibus parentibus natos fidem habere, nullam, quia non sint ejus capaces & compotes, utpotè quæ non in baptismo ipsis conferatur, sed tantum in annis discretionis & auditu verbi in eis oriatur. At impossibile est placere DEO sine fide; Ergò qui fidem habet, certus est quod DEO placet. Ergò absurdissimum quoque; *Adserere infantes piorum esse ante baptismum*

Asserere,
infantes
piorum ante
baptismum
esse san-
ctos, est ab-
surdum.

B 2

sanctos surdum.

Fides ubi sanctos, esse in gratia Dei, & promissionis heredes. Ubi enim non est, ibi non est fides, ibi nec promissionis ullius fructus, nec remissio peccatorum, nec regeneratio est.

nec pro-
missionis
ullius fru-
ctus,

3.

Tertium quodnam?

Sicut Cal-
vinista Ser-
vestani lo-
cum de-
pravant in
Zauffbüch-
lein fol. 72.
quod sen-
tentia Pau-
li ex dia-
metro re-
pugnat.
Gal. 3. 22.

Paulus Rom. 9. (ubi ponit discrimen inter promissionem ipsam, & promissionis fructum) cæcitatem esse comprobat, promissionem ad carnis referre traducem: *Judeis, inquit, facta est promissio, & qui illam fide sunt amplexi, promissionis fructum sunt adepti quoque. Qui verò non crediderunt, illi non possiderunt eundem. Ergò ad Judeos quoquo modo se habentes promissionis fructus non pertinebat*: aliàs enim quicumque descenderunt à Judæis, habendi forent pro filiis, quod aperte negat Paulus, ubi non intelligit per filios carnis, filios incredulorum, & per filios promissionis liberos Christianorum: Sed loquitur de uno populo Judaico, & indicat, eos, qui fide promissionem applicarunt sibi, filios esse promissionis; illos verò, qui promissionis applicationem neglexerunt, filios fuisse carnis. Sic enim inquit: *Promissio ex fide in Christum datur credentibus*. Sic igitur Paulus hæreditariam sanctitatis parentum in sobolem propagationem ex professo retundit. Sin. infantes fidelium ex utero materno sunt sancti, Abrahamo & aliis prognati sanctis, aut filii esse carnis nulli potuerunt (quod negat Apostolus) aut semen ejus esse, idem erit cū eo, quod est filium esse, quod caro cū gratia, sanguis cum promissione idem fuerit, quod disertè Pauli repugnat disputatis.

4.

Quartum quodnam?

Absurdum & ridiculum est, promissionem gratiæ constituere absq; applicatione, & absq; medio applicationis. Sic dicere licebit: *Posteris Adæ omnes ab utero fuisse sanctos, & omnes homines esse sanctos, quia omnibus est*

est.

est data promissio: Contra fixum & immotum manet; Liberos sanctorum ab utero vi promissionis absq; applicatione, & sine medio applicationis non esse sanctos, sed fieri sanctos ex applicatione promissionis per media ordinaria.

Vide Memphr. d.l. p.396

3. Quidam vi predestinationis liberos fidelium sanctos fieri blaterant. Quod commentitium quoque & falsum esse; tali probatur modo.

Predestinatio non est absoluta, sed limitata & certis determinata mediis. Electi sumus a DEO ante conditum mundum, sed non nisi in Christo. In Christo autem aliter non sumus nisi per fidem, sine qua fide impossibile est placere Deo. Ergo nemo sine fidei in Christum respectu specialissima hac dilectione placere potest, ut ad æternam eligatur vitam. Quin potius Paulus asseverat, *elegit nos DEUS ab initio ad salutem per sanctificationem Spiritus & fidem veritatis.* Quibus verbis vult Thessalonicenses ita suæ salutis rationem atq; modum considerare, ut eam non in nuda simpliciq; collocent prædestinatione, sed oculos convertant ad media, per quæ gratuita illius Electionis propositum exequitur Dominus, nimirum quod electos suos non nisi Spiritu suo prius sanctificatos & salvificâ fide veritatis Evangelicæ imbutos salvare, seu ad finem Electionis, nempe, salutem animarum perducere velit. Vide Hunnium in secundo cap. post Epist. ad Thes. pag. 73.

An liberi fidelium sint sancti vi prædestinationis? Eph. 1. 4.

2. Thess. 2. vers. 13.

4. Quidam id vi orationis piorum parentum fieri effutiant, nescientes, Scopum precum Ecclesiæ esse, ut DEUS in ipso Baptismi actu, tanquam proprio & ordinario regenerationis organo velit in parvulis efficax esse, in hunc Scopum & finem dirigi preces, ipsa formula evidenter arguit. Invocatur namq; DEUS, ut hoc lavacro parvulos adoptet in filios.

Anhaldin im Tauffbüchlein pag. 44.

An liberi ante Baptismum sint sancti vi orationis piorum parentum?

B 3

Qui



An liberi
sint sancti
vi fœderis?

5. *Quidam vi fœderis liberos esse sanctos dicunt, & duplicem comminiscuntur confœderationem, externam & internam.* Verum

Vide D.
Mamphr.
in articul.
visitat. pag.
401.

Externam quòd attinet confœderationem, dicimus, quòd illa sit contra S. Scripturam. Nativitatis enim ratione collatum esse fœdus infantibus, vel ex utroque, vel ex uno parente, ex diametro cum scriptura pugnat, imò Spiritu vertiginis duci Calvinistas in propatulo est. Internam quòd attinet confœderationem Calvinisticam, nugantur adversarij de Pædobaptismo, Sacramenta non esse conferenda nisi DEO confœderatis, & addunt, infantes Ethnicorum ad fœdus gratiæ non pertinere, seu non esse comprehensos in fœdere, fidelium autem liberos in eo esse comprehensos.

Syllogismus eorum cornutus est talis.

Vide eundem p. 403

Non comprehensus in fœdere non competit sigillum fœderis. *Vol.*

Tantum comprehensus in fœdere competit sigillum fœderis, *Baptismus videlicet fœderis.*

Compræhendi in fœdere

Judæorum, Turcarum, Ethnicorum liberi non sunt comprehensi in fœdere.

quomodo intelligenda?

Ergo illis non competit sigillum fœderis, i.e. *Baptismus.*

Christiano-
rum libe-
ros ab ute-
ro non esse
sanctos no-
vem pro-
batur fun-
damentis,

Resp. In prima figura cum minor est negativa nihil sequitur. Viderint igitur adversarii quomodo tueantur *formam. Materiam* quod attinet, Elenchus est *ἀμφιβολίας* in phrasi, comprehensi in fœdere. Illa n. phrasis

Primo de jure,

Deinde de facto & applicatione } intelligitur.

Nos neque sanctos Christianorum liberos esse, neque eos peccato carere originali statuimus, & novem hujus rei fundamenta, firma quæ sunt ac solida, ponimus.

Primum.

Primum. Reatus peccati cum sanctitate stare nequit. Regius Propheta David, ex piissimis quamvis natus parentibus; quis enim utrum non verè fideles fuerint dubitat? in peccatis est conceptus & natus. Sic enim ipse de suâ dicit nativitate & conceptione: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ergo, &c.

Secundum. Reum esse mortis æternæ, & in gratia DEI esse immediatè sunt contraria.

Sed omnes homines sunt *phōra* filii iræ.

Ergò simul subjecto eidem inesse non possunt.

Tertium. Quicquid ex carne tantum nascitur, caro est, & non sanctum coram DEO.

At fidelium liberi tantum ex carne nati sunt ante regenerationem.

Ergò sancti coram DEO non sunt.

Quartum. Nemo sanctus est coram DEO nisi qui habeat remissionem peccatorum.

Fidelium liberi ante Baptismum, remissionem peccatorum non habent, in Baptismo enim primùm in remissionem peccatorum baptizantur.

Ergò antequam baptizentur sancti coram DEO non sunt.

Quintum. Sanctitas & emundatio in Baptismo contingit. Ergò antequam baptizentur, sancti coram DEO non sunt.

Sextum. Liberatio præsupponit captivitatem.

Infantes sunt liberi per Christum.

Ergo.

Septimum. Si infantes sunt sancti in utero materno, si sunt sine peccato originali, quid opus habent Baptismo, vel jam in adultâ ætate? cum jam antè sint in gratia?

1. Fundam.

Vide

Mamphr. d. l. p. 366. Osiand. in dicto Ench. pag. 49. Psal. 51. 7.

2. Fundam. mentum.

Ephes. 2. 3.

3. Fundam.

Joh. 3. 6.

Vide Hun. in cōment.

Epist. ad Eph. c. 2.

pag. 191.

4. Fundam.

Vid. Kirch.

loco de

Baptismo

pag. 537.

5. Fundam.

Eph. 5.

6. Fundam.

Vide

Mumph.

367.

7. Fundam.

Vide M.

Luc. Osiad.

tia?



in Ench.
cōt. Anab.
pag. 49.

8. Fundam.
Qui n. san-
ctus est à
parentib.
nō indiget
sanctifica-
tore Chri-
sto.

9. Fundam.
Eph. 5. 27.

Christiano
rum liberi
ante Bapti-
smum san-
cti non
sunt.

tia? Qui fit, quod postea corrumpi possunt, & in impie-
tatem prolabi? Num tantum ab extra corrumpuntur,
non latitante intus malitiâ? Et, si sancti sunt, sine pecca-
to originali; an non DEUM iniusticiæ accusant. Anaba-
ptistæ, qui miseros interdum infantulos, recens natos,
gravissimis morbis & doloribus affligit? Sed & quâ ju-
sticiâ, originali carentes labe, DEUS morti obicere pos-
sit? Hæc & alia absurda adversarii non ponderant, sed
satis esse putant, nudam protulisse & mordicis retinuis-
se aliquam opinionem, licet infinita absurdorum se-
cum trahat plaustra.

Octavum. Si sancti sumus in utero materno, Chri-
stus frustra mortuus est.

Non autem frustra mortuus est Christus.

Ergo, &c.

Nonum. Quicquid in Baptismo primum à peccatis
emundatur, illud antea coram DEO mundum & san-
ctum non est. Liberi fidelium à peccatis suis lavacro
aquæ in verbo primum mundantur. Ergo antequam
baptizentur, sancti coram DEO non sunt.

Hæc nostra sunt fundamenta, luculenta quidem,
summâq; fide & diligentia dilucidè & perspicuè explo-
ratis eruditorum Iudiciis elaborata, quibus comproba-
re & confirmare volumus, *Christianorum liberos ante
Baptismum non esse sanctos, nec eos originali carere peccato.*
Quid autem adhæc nostrarum Ecclesiarum turbatores
& seductores, quos lues Sacramentaria & Anabaptisti-
ca corripit exuto qui omni pudore linguam suam ve-
nalem prostituunt, sua qui venena propinant, conta-
giumq; incautis qui aspirant, multosq; à piâ confessio-
ne rancidis suis dimovent declamationibus? Quid, in-
quam, ad hæc? Mirum dictu, quàm horribiliter insa-
niant

8
niant isti, istaq; furiosè nostra depugnent fundamenta.
Talia non possunt nec volunt credere; sed repentè ma-
gnis contrà vociferantur clamoribus, & magno in hæc
conspirant studio. O incautos & ingratos Sectarios!
nostris insidias qui struunt fundamentis, & majori qui
furore sequentes in medium proferunt objectiones!

1. Peccatum propriè est, quicquid à sciente & vo-
lente fit. Sed infans in conceptione neque scit, neque
vult adhuc. Ergò peccatum originis in infante, qui con-
cipitur, aut exiguum, aut nihil habet de ratione pecca-
ti, cum usum voluntatis nondum habeat.

2. Ero DEUS tuus, & feminis tui post te dicit Deus Gen. 17. 2. 7
Abrahamo. Ergò & liberi illorum, qui sunt in gratia
DEI, gratiæ non erunt expertes.

3. Vobis facta est repromissio, & filiis vestris, dicit Act. 2. 39.
Petrus Apostolus. Igitur & gratia per Christum acquisi-
ta ad infantes etiam spectat, & quia sunt sub illa gratia
comprehensi: Baptismo non indigent.

4. Sancti sanctos generant.

Atqui Paulus vocatos & baptizatos vocat sanctifi- 1. Cor. 6. 11.
catos & sanctos. Igitur & liberi illorum sunt sancti & Eph 1. &
peccato carent originali. alibi.

5. Meritum Christi est universale. *Sanguis enim JE-* 1. Joh. 1.
SU Christi Filij DEI emundat nos ab omni peccato. Ideoq;
etiam infantes Christi sanguine jam antea sunt abluti.

6. *Paulus Rom. 11.* Si radix, inquit, Sancta, Sancti sunt vers. 16.
& rami. *Item, 1. Cor. 7.* Sanctificatus est vir infidelis per vers. 14.
mulierem fidelem & sanctificata est mulier infidelis,
per virum fidelem. Alioquin liberi vestri immundi es-
sent, nunc autem sancti sunt. Ergò, si maximè contingat
alterum conjugum esse hypocritam; non tamen ab il-

lo liberi nati trahent originale peccatum, sed nihilominus sancti erunt.

Tales fanaticæ fanaticorum ejusmodi adversariorum sunt opiniones, talia, inquam, istorum sunt opercula, divino mandato non comprehensa, nec verbo Dei obsignata. O longè infelicissima! sua quibus mendacia fulciunt, & *Sacrum Baptisma* odiosum, contemptibile & Christianis suspectum faciunt, infinitosque in Ecclesia errores pariunt.

Scriptura
æterna est
veritas.

Hoc ut
brevis fiat,
Deum opt.
max. pre-
cor.

Matth. 17. 5
Dominus
& Salvator
noster ipsa
est veritas.
Deus pro-
missa sua
potentissi-
mè efficere
potest.

Luc 21. 33.
Hæretici
quid?

Verùm dissidentes suas sententias, dubias & incertas, ex scripturâ sacrâ, *æterna quæ est veritas, & ipsissima vox Christi*, quomodo probabunt? Dispeream, si unquâ, Scripturæ concordiam cernent, nisi Dominus eorum misertus, ad saniolem reduxerit mentem, ad Ecclesiæ unitatem, & pacem dederit in mentibus eorum, glaucoma ab oculis amoverit, & clare cernere dederit. Absit ergò, & longè absit, ut Christiana mens tale quippiam cum istis sentiat viris ingurgitet ac suspicetur. In sacris enim fontibus omnia illustriora esse & suaviora, credimus, docemus & confitemur, quod inde probatur, quia *Dominus & Salvator noster Jesus Christus* (de quo severissimum mandatum de cœlis, omnibus hominibus datum est, *hunc audite*) *non vulgaris aliquis homo aut Angelus; nec est tantummodò verax, sapiens, potens; sed & ipsa æterna veritas & sapientia, & verus omnipotens Deus.* Ergò rectissimè ipse novit, quid & quomodo loqui debeat, & omnia, quæ loquitur & promittit, potentissimè efficere & prestare valet, sicut ipse inquit: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Sed quid multa? Tempus est, ut tantis adversariis & malè sanis S. scripturæ lectoribus, qui nec Deo gloriam, nec suam cogi-
tatio-

9
tationem captivam ad obediendum Christo tribuunt, à simplici qui veritate & orthodoxâ recedunt Ecclesia, novo dogmati & novo jurati errori, qui & DEI judicio, suâq; excacati malitiâ, non claris cernunt luminibus, sed per nebulam aut vitrum, occurram, & ad objectiones eorum, non firmas & constantes, nec probè in verbo Domini fundatas, respondeam. Quemadmodum autem apes ex floribus mella, & araneæ ex iisdem sugunt venena: ita impij, quales nostro jam ævo sunt Anabaptistarum & Suermerorum, ut ita loquar, phalanges, ex saluberrimo scripturarum campo, non nisi cicutam & amarum decerpunt absynthium; quod & illos in hisce suis facere objectionibus, satis manifestum apparet. Primam itaq; adverforiorum quòd attinet objectionem; *Respondeatur*; Majorem de peccatis loqui actualib. non de peccato originis. Ad minorem. Etsi infans in ipsâ conceptione usum rationis sive voluntatis nondum habeat: tamen scripturæ adfirmanti simpliciter acquiescendū est, cum de Davide & omnibus hominibus dicit. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, &c.* Quibus perspicuè docet verbis, pollutionem istam verè habere rationem peccati, licet organa voluntatis nondum formata sint, & post lapsum Adæ, omnes homines, secundum naturam propagatos, nasci cum peccato, hoc est, sine metu DEI, sine fiducia erga DEUM, & cum concupiscentia. Unde fit, ut omnes homines in odio sint apud Deum, & naturâ filii iræ.

Ad alteram adverforiorum resp: objectionem, quòd sit *fallacia compositionis & divisionis*. Nam Sacramentarii promissionem gratiæ à signis, imò ab applicatione & medio applicationis separant, quæ

C 2

tamen

Adverforiis ad objecta respondere argumenta.

Anabaptistæ similes araneis.

Resp. ad I. object.

D. Kirch. in methodicâ expli. præcipuor. cap. Doct. Christ. pa. 271.

D. Hutte- rus in cõp. locorum Theol. pag. 73.

Resp. ad II object.

Vid. Kirch. dictâ meth

explic. pa.
538.
Mamphr.
in 4. artic.
visita. pag.
410.
Luc. Ofiã,
in Ench.
cõt. Anab.
pag. 50.
Heb. 4 2.

Rom. 14. 23
vers 5.

Hebr. 11. 4.
Ibid. 6.

Pfal. 109.
Esaia 1.
vers. 13.

Resp ad
objectio-
nem 3.

Luc. 1. v. 55.
Luc. 1 70.

tamen Deus conjunxit. Non igitur rectè nuda promissio gratiæ, sine fide & sine circumcissione liberis fidelium tribuitur, quia, ut dictum est, quæ Deus conjunxit, nulla creatura separare debet. *Eadem ratio est Baptismi & promissionis gratiæ.* Cum ergò ipsimet fateantur adversarii, liberos etiam ex fidelibus parentibus natos, fidem habere nullam: Frustrà contendunt illos ante Baptismum sanctos & promissionis hæredes esse; cum expresse dicatur: *Non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis, quæ audiverunt.* Si enim Deo nihil sine fide placet. Rectè sequitur; *Auditum etiam verbi DEO non placere, nec hominibus prodesse, si cum fide conjunctus non fuerit.* Quin opera quævis; quamlibet per se bona & sancta, ac Domini quoq; præceptis indicta, displicent, si ex fide non proveniant, juxta Regulam Pauli: *Quicquid ex fide non est, peccatum est.* Sic legimus, *Gen. 4. cap.* quòd Dominus respexerit ad *Abelem* & sacrificiũ ejus; ad *Cainum* autem & sacrificium ipsius non respexerit. Causa est; quia per fidem *Abel* uberiores hostias DEO obtulit, quã fide *Cain* caruit. Impossibile est autem Deo placere sine fide. Hinc precatio quoq; impiorum in peccatum vertitur illis; & omnium infidelium opera, utcunq; videantur externæ sanctimonix specie commendata, sunt coram Deo abominatio.

Ad tertiam hæc datur responsio. Velle Petrum Apostolum, quòd Messias primò Judæis, gentilibus suis sit missus, ut ipsi & posterii illorum illum recipiant & salventur, licet Pharisei suis præstigiis hujus doctrinam horribiliter obfusarent. *Maria dicit:* Deum eã de re locutum esse ad patres, *Abrahamum* & ejus posteritatem. *Zacharias affirmat,* per os sanctorum Prophetarum, de Messix exhibitione jam inde ab initio prænunciatum

ciatum esse. *Simeon ait*: DEUM promississe eum, quem nunc oculis contempletur. Et *Hanna Prophetissa* alloquitur eos, qui Redemptionem Israel, hoc est, Messiam anxie expectabant. *Johannes* suos sciscitari jubet discipulos, an JESUS sit ille, qui sit venturus? Ergò in hoc populo memoria seu expectatio adventus Messiae retinebatur. Ideoq; nihil ad rem hæc facit allegatio. Quòd si maximè in eà significatione hæc Petri verba accipere vellemus, in qua ab adversariis sumuntur: non tamen sequitur, liberos conversorum Judæorum sine Sacramento Baptismi in gratiâ Dei fuisse, quia non aliter quàm parentes illorum, ita & ipsi fuerunt in gratiâ, quatenus videlicet per fidem & Baptismum Christo inserti fuerunt.

Ad quartam ἀπλῶς respondetur objectionem, quòd in illa fallacia sit accidentis. Sanctitas enim, quâ sancti dicimur, *Primò* non est nostra, sed Christi per fidem in illum, nobis communicata: *Deinde*, ea non est nobis essentialis, sed solummodò per fidem nobis imputata, & est accidens separabile, quandoquidem homo fidelis, circa fidem naufragium facere, & gratiam DEI iterum amittere potest; Et nisi rursus ad Deum convertatur, in æternas ruere pœnas. Ut *Adam* verè fuit reus æternæ iræ propter lapsum. Et *Paulus* inquit: Scortatores, adulteri, homicidæ &c. non possidebunt regnum DEI. *Item*. Manifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, idololatria, &c. talia qui faciunt, Regnū DEI non possidebunt. Et *Matth. 12.* expressè dictum est; Redit Spiritus nequam. Et *2. Pet. 2.* Cum redeunt ad vomitum ut canes, fiunt eis postrema prioribus deteriora. Aliqui autem rursus per pœnitentiam redeunt ad DEUM, ut *Adam, Aaron, David, Manasse*: aliqui in pœnitentia

Luc. 2. 30.

Luc. 2. 38.

Mat. 11. v. 2.

Luc. 7. 18.

Vide Luc.
Ofiand. in
Ench. cõt.
Anabapt.
pag. 52.

Resp. ad 4.
object.

1 Cor. 6. 9.

Gal 5. 18.

vers. 44.

vers. 22.

tentia perseverantes, pereunt, ut *Saul, Juda & horum*,
Vide Offi- similes. Ideoque hæc non hæreditaria sunt bona,
andrum d. quemadmodum originale peccatum, quod est acci-
Ench. p.54 dens in hac vita inseparabile, & ideò hæreditarium.

Resp. ad
object. V. Ad quintam hoc datur responsum, nimirum, dum
adversarii à *sufficienciâ & efficienciâ meriti CHRISTI*
argumentantur absolutâ, ad applicationem tollen-
dam determinatam, an non arenas nectunt, & indo-
ctissime à baculo argumentantur ad angulum? Est sanè
meritum CHRISTI universale, quo ad ejus sufficien-
tiam & efficienciam; sed ratione applicationis, non
est absolutè universale. Ille enim idem CHRISTUS,
Johan. 3. qui dixit: *Sic DEUS dilexit mundum*: Ille idem appli-
cationem disertè reponit in fidei & Baptismi participa-
Marc. 16. tione; dicens: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c.*
Qui vero non &c.

DEUS non
mutatur. Non revocat quod dixit, non mutatur, non est
tanquam *παλιδων* homo, varius & inconstans. Nulla
apud ipsum transmutatio. Non est *ποικιλωτερος*, ve-
lut Jupiter apud Lucianum in sacrificiis. Non est *ἀλ-
λοπιός* & *ἄλλος* instar Martis apud Homerum, nec *Vertu-
mnus* apud Horatium, *Empusa* apud Aristophanem, aut
Protheus, quibus nihil est incōstantius, nihil vanius, mu-
tabiliusque nihil. Non habet contrarias & dissiden-
tes inter se voluntates, non est versatilis & confusio-
nis DEUS, sed pacis. Non contraria, sed firma,
vera & constantia loquitur. *Addatur & hoc*; Si o-
mnes propter meritum CHRISTI infantes emacu-
lati sunt à labe peccati originalis; tùm Judæorum,
Turcarum & gentilium liberi, in suâ decedentes in-
fantiâ,

fantiâ, non minus, quàm liberi Christianorum, salvabuntur;

Sextam quod attinet objectionem;

Primò ad dictum Roman. II. respondeo, in quo non dicere vult Apostolus, esse sanctorum Patrum, Abrahami, Isaaci & Jacobi (qui sunt ceu primitiæ & radix istius populi) posteros Judæos ideo sanctos, quia ab his Patribus descenderunt, antequam vel per verbum, vel per Sacramentum initiationis inserantur Ecclesiæ; *Sed Scopus ipse declarat*, hoc velle Paulum, populum Judaicum non ita simpliciter, & in universum, esse rejectum, quin semper aliquæ maneat reliquiæ, aliqui convertendi Judæi, qui per verbum Evangelii & Sacramenta sanctitatis Patrum suorum participes, gratiæq; confortes fiant.

11
Resp. ad
object. VI.

Sic enim
Baptista
Matth. 3. &
Christus
Joh. 8. ex
professo
refellit.

Deinde alterum quod attinet dictum, 1. Corinth. 7. vers. 14. Apostolus Paulus de externâ tantum loquitur munditiæ & sanctitate, non autem de illâ coram DEO valente. Si enim de interiore & coram DEO valente sanctitate adversarii hunc interpretari velint locum, concedant necesse est, etiam conjugem alterum infidelem per cohabitationem fidelis coram DEO sanctificari & salvari, manifestè quod absurdum & falsum est. Expressè enim Scriptura dicit: *Qui credit in FILIUM, habet vitam æternam, qui autem incredulus est FILIO, non videbit vitam, sed ira DEI manet super eum.* Item, *Qui non crediderit, condemnabitur.*

Joh. 3. 36.

Marc. 16.

Et tantum de adversariorum objectionibus, quæ pro liberorum sanctitate fidelium ante baptismum magno

magno ab ipsis agitantur impetu: de que earundem re-
 sponſionibus, ſuccifivâ brevitate & pietate ita ex limpi-
 diſſimo Iſraelis fonte hauſtis Quod reliquum eſt,
 Precatio. *DEUM* veracem, qui & ipſiſſima eſt veritas, cujuſq; tanta
 Joh. 15. v. 5. *majeſtas & charitas, ut nulla eam caro inſpicere, nulla com-
 prebendere ratio, nulluſq; emetiri intellectus queat; hunc,
 inquam, vera & ſumma qui vita, à quo, per quem, & in
 quo vivunt omnia, quæcunq; verè & beatè vivunt, toto pe-
 ctore oro, ut lucem Evangelij in his regionibus accenſam,
 adverſus tenebras errorum, & falſarum opinionum preſti-
 gias tueatur, Eccleſiam ſanctam inter nos, & poſteros no-
 ſtros perpetuò ſibi colligat, & mentes docentium ac diſcen-
 tium ad amorem veritatis & ſtudium concordie flectat, ut
 uno ſpiritu, una fide, & uno ore, in hac vita, & in omni eter-
 nitate ipſum celebremus, ſicut Filius ejus ſummus Pontifex
 & Mediator noſter, ante agonem ardentiffimè precatus fuit.*
 Joh. 17. v. 11 *Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo, quos dedifti mi-
 hi, ut ſint unum, ſicut nos unum ſumus. Sanctifica eos
 in veritate tua, ſermo tuus eſt veritas. Huic unà cum Pa-
 tre & ſpiritu ſancto ſit honor & benedictio in ſempiterna
 ſecula, Amen.*



II. QUÆSTIO.

Utrum in Baptiſmo tantum pauci, juxta Calvinistarum
 opinionem, abſoluto DEI decreto ad vitam æter-
 nam ordinati, donum & gratiam ſpiritus ſancti
 accipiant; an verò omnes baptizati infantes ſpi-
 ritu ſancto & regenerationis beneficio potian-
 tur? *Reſp.*

Non



Non omnes, adversarii contendunt Calvinista, qui aqua baptizantur, adipisci simul gratiam Christi, vel donum fidei, sed *solos electos*. Nos è contra docemus, dicimus, & hanc proponimus thesin: *Omnes qui in Christum JESUM baptizati sunt, in mortem ipsius baptizati sunt, & per Baptismum consepulti sunt cum ipso in mortem ejus, & Christum induerunt.* Quærunt Calvinista hujus rei fundamenta? quærunt rationes? aptissima quærunt argumenta? quibus, *quod omnes infantes regenerentur*, demonstretur, firmetur, corroboretur. Ecce! Solida & exquisita hæc tria habemus argumenta, non quæ excogitata, sed in verbo DEI, *extra quod altiora non querenda*, secundum illud Psalmi, Psal. 131. v. 1.

*Scis DEUS, hoc fastu quod ab omni pectus abhorret,
Nec tumet elata fronte supercilium,
Quod majora meis non unquam viribus ausus,
Quæ vel ab officio sint aliena, fui.*

Hoc est;

Herr/mein Gemüth vnd Sinn du weis/
 Daß ich nicht bin vermessen/
 Ich hab kein hochtrabenden Geist/
 Stolz hat mich nicht besessen/
 Für dir schempt sich mein Angesicht/
 Was mir zu schwer/ersforsch ich nicht/
 Geh nicht nach hohen Dingen.

Præclare quæ fundata, satisq; confirmata. PRIMUM. Quicumq; Christo est indutus, is est regeneratus.

At omnes infantes, in Christum baptizati, Christo induuntur. Ergo etiam omnes infantes in baptismo regenerantur. Minor Primò probatur Galat. 3. v. 27.

D

Quot-

Mart. Mirus D.
 Georg. Milius D.
 Egid. Hünius D.
 Burchardus Harbard D.
 Josua Lonerus D.
 Wolfgan. Mäphr. M.
 in quatuor articulis visitatoriis pag. 113.
 D. Widebramus Psal. 131.

D. Cornel. Becker.

D. Mamp. Omnes infantes in Baptismo regenerantur. Minoris duplex probatio 1. Gal. 3.

12



D. Georg.
Major in
Enarr. Epi.
Pauli ad
Galat.

Christus
duplici
modo est
induend9.

1. Per fi-
dem & Ba-
ptismum.
Baptizati
sunt filii &
hæredes
DEI.

Joh. I. v. 12.

2. In exter-
nâ vitæ no-
vitate.

Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Scien-
dum est autem, quod sicuti Christus dupliciter nobis
propositus est;

*Primò, ut Donum,
Deinde, ut Exemplum.*

Ita etiam Christum duplici nobis induendum esse
modo.

Primum, per fidem & baptismum, ut donum à DEO
Patre nobis missum, & factum, ut nobis sit sapientia, ju-
stitia, sanctificatio & redemptio. Qui igitur baptiza-
ti, per fidem ita induerunt Christum, sunt filii & hære-
des DEI, juxta illud; *Dedit eis potestatem filios DEI fie-
ri, his, qui credunt in nomine ejus.* Ubi in Græco est,
ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γίνεσθαι, hoc est, Dedit eis
potestatem, hoc est, hanc *dignitatem, excellentiam, &*
prærogativam sive *jus*, ut fiant, hoc est, per fidem in Fi-
lium DEI naturalem, sive re ipsâ filii DEI, adoptivi,
i.e. omnium bonorum DEI hæredes.

Deinde, cum corda ita intus CHRISTUM fide, ut
redemptorem & justitiam suam induerunt, & hæc fide
& noticiâ filii DEI purificata sunt, induendus quoque
foris est in externâ vitæ novitate ut exemplum, ut
Christus totus in nobis luceat, *intus per fidem in corde,*
coram DEO, & foris in opere, & vitæ novitate coram ho-
minibus, sicut ipse *Matth. 5. vers. 16.* inquit: Sic luceat
lux vestra coram hominibus. Ita & *Roman. 13. v. 12.* præ-
cipit Paulus: Abjiciamus opera tenebrarum, & indua-
mur arma lucis, tanquam in die compositè ambule-
mus, non commestationibus & ebrietatibus, non cubi-
libus ac lasciniis, non contentione & æmulatione, sed
indua-

induamini Dominum **JESUM CHRISTUM**. Et 1.
Pet. 2. vers. 21. Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequeremini vestigia ejus. *2. Cor. 5. v. 2.* Superindui desiderantes, si tamen induti non nudi reperiemur. Solus igitur **CHRISTUS** debet vestis & ornamentum nostrum esse *intus per fidem in corde, & foris in opere*, ita ut nihil in nobis, præter solum **CHRISTUM** conspiciatur, & *omnia in omnibus sit CHRISTUS, qui etiam, cum omnia in omnibus operetur & adimpleat, non est, quod aliquis de suis gloriatur operibus aut meritis, sed qui gloriari volet, gloriatur in solo CHRISTO*, pro nostris peccatis tradito, & propter nostri justificationem resuscitato, & per fidem in nostris cordibus habitante, & nos ad æternam vitam renovante & instaurante. Hoc modo omnis fiducia & gloriatio operum & meritorum prorsus exclusa est, & omnia tribuuntur soli Christo, in quem quia baptisati sumus, & eum fide induimus, & ita hæc fide filii & hæredes **DEI** facti sumus. *Quod unum.*

Solo Christi vestis & ornamentum nostrum, intus per fidem in corde, & foris in opere. Omnia in omnibus est Christus. In solo Christo gloriandū.

Pro secundo probatur minor Rom. 6. 3. Quicumq; baptisati sumus in Christum JESUM, in mortem ejus baptisati sumus.

Quando in baptismo nostro in aquam immerfi sumus, tum significatum fuit, non tantum nos abluimur mundariq; ab omnibus nostris peccatis, sed etiam nos baptizari in **CHRISTI** mortem, ut cum ipso moriamur, seu vita nostra perpetua sit peccati mortificatio, seu mors. *Est enim baptismus tam salutare balneum seu diluvium, ut per illud omnia peccata, ex Adamo que hereditavimus, & ipsi perpetravimus, suffocentur.* Cum itaq; peccatum in baptismo

In baptismo non tantum ab omnibus peccatis abluimur & mundamur, sed etiam in Christi baptizamur.

D 2 & sub-



& submersum & suffocatum, in nobis mortuum jaceat, certè id facile, ne quid mali operetur, reprimere possumus. Imò oppones fortassis.

Peccatum
quomodo
sele nostro
in corpore
exerat.

Rom. 6. 12.

Christiani
ab actua-
lib. sibi ca-
veant pec-
catis.

Peccato-
rū effecta.

Non viva-
mus secū-
dum car-
nem, sed
secundum
spiritum.

Rom. 8. 12.

Est peccatum in meo baptismo sic submersum & suffocatum, ut mortuum jaceat, quomodo ergò exerit se in meo corpore, tantà assiduitate & rebellione? Reipsà, prob dolor! experior, quotidie id nimis fortiter vivere.

Respondet Paulus, & inquit; *Peccatum, nullum habere & retinere dominium. Non regnet, ait, peccatum in mortali corpore vestro, ut obediatis illi per concupiscentias ejus. Quæ admonitio Apostoli omnibus Christianis diligenter observanda est, ne peccatum in carne sua regnare patiantur; sed ab actualibus exterioribus & regnantibus sedulo sibi caveant peccatis. Quandoquidem per ea excidit homo gratiã DEI, amittit Spiritum sanctum & fidem, & fit exors hæreditatis cœlestis, & stipendium accipit mortem æternam. Propter hæc enim venire solet ira DEI super filios inobedientes, 1. Cor. 6. Gal. 5. Eph. 5. Ideò mortificemus peccatum, & ne vivamus secundum carnem, sed secundum Spiritum. Si enim, ut Paulus ait, Secundum carnem vixeritis, moriemini, hoc est, Si peccaveritis, seu carnis opera feceritis, tum amissã justiciã vitãque æternã, quam Christus vobis per suam mortem mercatus est & restituit, rursus in æternam ruetis damnationem. Si verò Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Hoc est; Si per Spiritum sanctum *vitiosas inclinationes & pugnantes cum lege DEI affectus actionesq., dubitationem de DEO, securitatem carnalem, diffidentiam erga DEUM, ambitionem, iracundiam, odium, livorem, maledicentiam, libidines, furta, defraudationes, mendacia, &c.* opprimere, extinguere, abolere & tandem tollere laborabitis, gratis donatam vobis justiciã*

eiam & vitæ æternæ hæreditatem retinebitis, quam omnes illi, contra conscientiam qui peccant, amittunt.

ALTERUM. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur. 14
Marc. 16. 16

At infantes baptizati credunt, juxta illud Christi, *Matth. 18. 6. Qui offenderit unum de pusillis istis, qui in me credunt, hoc est, Fiduciam suam in me collocant, & à me toti pendent, ut liberi à patre, expedit ei ut suspendatur mola asinaria, i. e. ingens saxum, vel, ut Hilarius, mola quam asinus circumagit, non levis aliqua, trusatilem quam appellant, in collum ejus, & demergatur in profundum maris; hoc est, in medio maris, ubi solet esse profundum, hoc est, ut afficiatur in hac vitâ quovis crudelissimo potius mortis genere, quam ut propter peccatum scandali abjiciatur in gehennam æterni ignis, seu in perpetuum exitium. Nam ex atrocitate poenæ demonstrat magnitudinem culpæ. Si credunt, utiq; etiam sunt regenerati.*

Infantes baptizati credunt. Si credunt. Utiq; etiã sunt regenerati. *eine Handmühle oder Senfmühle*

TERTIUM. Quorumcunq; est regnum cœlorum, iidem, quin regenerati sint, fieri nequit, *Job. 3.*

At infantum baptizatorum est regnum cœlorum: Ita ut si vel eo ipso, quo baptizantur, momento, in vivis esse desinant, salute ipsorum nihil posset esse certius. Ergo, &c.

Infantum baptizatorum est regnum cœlorum.

Minor probatur *Matth. 19. v. 13. & Marc. 10. vers. 13. Tunc obtulerunt ei pueros ut tangeret eos, discipuli verò increpabant eos, qui adducebant. Quod cum vidisset JESUS, indignatus est, & dixit eis: Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibete eos; Talium enim est regnum DEI.* Refere- runt Evangelistæ, Matthæus & Marcus, itemque Lucas, quomodo post cum Pharisæis disceptationem Salvatori oblatis sint parvuli, & quanta eos humanitate, quan-

Parvulos quantâ Christus cum humanitate excepit.

tâné exceperit misericordiâ. Et

Primum causa indicatur impulsiva, Christum quæ movit, ut puerulis benediceret, id est, omnia fausta precaretur, atque conferret eis remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum, videlicet *offerentium petitio*, vers. 13.

Deinde causa corrumpens, istam quæ impedire conabatur benedictionem, videlicet *discipulorum objurgatio*, quâ objurgabant illos, Christo qui puerulos offerabant, id quæ ex mundanâ quâdam & præposterâ sapientiâ, existimantes, indignum esse & incivile, Dominum gravioribus occupatum negotiis, puerilibus istis interurbare & fatigare rebus.

Tertio causa promovens, quâ impedimentum istud fuit remotum, *Christi est præceptio*; quâ testatur.

Infantes
placent
DEO.

Primum, Infantes, qui per Baptismum & invocationem Christo offeruntur, placere DEO, fieri membra Ecclesiæ, & pertinere ad eos omnia beneficia Christi, *remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, & hereditatem vitæ æternæ*, contra Catabaptistas, qui infantes ab his æternis Filii DEI beneficiis impiè excludunt.

Magistra-
tus officium.

Secundò, Severum DEI esse mandatum, ut magistratus ad pietatem institui curet juventutem, adque hunc usum liberaliter publicas instituant scholas, & pios carum alant doctores & præceptores. Hoc mandatum Christi annexam habet rationem à fine in hanc sententiam:

Si talium puerorum, (natorum scilicet & educatorum in Ecclesia) *est regnum DEI*; h. e. Si illis paratum est regnum DEI, non est eis neganda benedictio, quæ scilicet destinata est ad promovendum ipsos in regnum DEI.

Atqui

15

Atqui talium puerorum, (natorum scilicet & educatorum in Ecclesia) est regnum DEI. Ergo non est illis neganda benedictio. Hæc ratio amplificatur per prolepsin de impedimento ætatis, quod scilicet puerilis ætas videatur obstare, quò minus pueri recepturi sint regnum DEI. Id quod Christus negat; & hanc negationem amplificat collatione majoris, id est, rei magis miræ, in hanc sententiam: Tantum abest, ut pueruli in recipiendo regno Dei impediuntur ætate, ut etiam adultos oporteat illis similes reddi in ætate si velint recipere regnum DEI.

Et tantum de alterâ Quæstione

IN QUA

Clarissimè ostensum, esse puerulos veræ in promissum mundi Messiam fidei, regenerationis & regni cælorum participes, utcunque nulla humana capiat intelligentia, quæ sit ratio, quis modus fidei & regenerationis illorum, & quòd æterni Patris constantissima sit voluntas, quòd non velit ullâ voluntate absolutâ sive occultâ, sive apertâ, ut vel unus pereat de pusillis istis, quos tanquam oviculas, per peccatum miserè amissas & perditas, curaverit queri, & ad regnum cælorum, per pastorem illum magnum & bonum, JESUM CHRISTUM, reduci. Caveant ergo sibi adversarii, à DEO & pietate magis magisque desciscentes ac deflectentes, ne indignè ac immeritò affligant aut lædant pueros, Græco nomine, τὰ βρέφη, id est, infantes Lucas appellat, aut scandalum eis præbeant, sive improbitate morum, sive perversitate doctrine, atque sic illos à simplicitate fidei in CHRISTUM, ac timore DEI dejectos, ad versutiam, malitiamque homi-

Pueruli
regenera-
tionis &
regni cæ-
lorum par-
ticipes.

hominum reproborum, abducant, sed operam dent, ut Christo, *qui omnium Redemptor*, adducantur, cui sit una cum Patre & Spiritu sancto, uni vero & æterno DEO, imperium, victoria & gloria in Ecclesia Sanctorum, in omne ævum, Amen.



III. QUÆSTIO.

An aliter quàm in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizandum? *Et; hæc an sufficiat forma?*

Baptismi
forma
qualis esse
debeat?

Baptizan-
dum in no-
mine Pa-
tris, F. &
S. S.

Baptismi
forma
quid do-
ceat?

Pater est
prima per-
sona Div.
Filius est
secunda
perf. Div.
Gal. 4. 4
D. Sim.
Pauli Do-
minicâ I.
post N. D.

Zacharias ad Bonifacium Episcopum, non PERFECTO sasserit CHRISTIANOS, IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI qui non sunt baptizati. Et rectè. Quis enim ita Sacrarum litterarum ignarus, ita quis impius & profanus, ipsam qui formam Christi, quâ velit ubiq; baptismum tractari & accipi, nempe in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, nesciret? Quæ formula Baptismi.

*Primo illustre nobis Trinitatis personarum suppe-
ditat testimonium, docens, Tot esse in DEITATE perso-
nas, & nec plures nec pauciores: hunc etiam inter illas
esse ordinem, ut Pater sit*

PERSONA PRIMA, non genita, sed quæ ab æter-
no genuit Filium. Filius autem

PERSONA SECUNDA, à Patre qui genitus, qui ima-
go DEI Patris essentialis, qui factus est de preceptor pro
humano genere, & in plenitudine temporis, ut Paulus vo-
cat; i. e. juxta promissionem, Adamo & Evæ in Para-
diso factam, & postea ad Abrahamum, Isaacum, Jaco-
bum & Davidem repetitam, atque voce & scriptis Pro-
phetarum illustratam, ex matre virgine humanam induit
naturam,

16
naturam, in qua factus est victima pro peccatis nostris, plangens iram Patris. Spiritus S.

TERTIA PERSONA, à Patre & Filio procedens, quæ mittitur, ut in Ecclesia ministerium docendi suscipiat, & in cordibus hominum habitet, eosq; regeneret, sanctitatem, spirituales motus, consolationem ac vitam impertiat & accendat. Qui ordo non æstimatur ex vel essentia, vel majestatis inæqualitate, sed tantum ex hæc producentium ac productorum vi & serie.

Deinde eadem hæc formula baptismi declarat, non tantum Patrem esse verum DEUM, sed etiam Filium & Spiritum sanctum. Nam baptismus est fœdus cum DEO. Est autem fœdus etiam cum Filio & Spiritu sancto, (baptizamur enim in nomine etiam Filii & Spiritus sancti). Ergo Filius & Spiritus sanctus verus DEUS sint oportet, & quidem unus cum Patre DEUS. Nobis enim unus tantum est DEUS, Deuteronomij 4. v. 35. Dominus, Jehova ipse est DEUS, Elohim, & non est alius præter unum. Item ibidem, v. 39. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quod Dominus ipse est DEUS, in cœlo sursum, & in terrâ deorsum, & non est alius. Et capite 6. 4. Audi Israel, Dominus DEUS noster (Jehova Elohim) Dominus (Jehova) unus est. Cap. 32. 39. Videte quod ego sim DEUS, & non sit alius DEUS præter me: ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. Et cap. 33. 25. Non est Deus alius, ut Deus rectissimi, ascensor cœli auxiliator tuus: magnificentia ejus discurrunt nubes, habitaculum ejus sursum, & super brachia sempiterna. Esaie 44. 6. Ego primus, & ego novissimus, & absque me non est Deus. Capite 45. 14. Tantum in te est
E Deus

Spiritus S. est tertia persona D.

Wigandus in primâ part. N. T. Hunnius in Matth. cap. 28. Non tantum Pater verus est Deus, sed etiam F. & S. S.

Unus tantum est Deus.



à versu 1.
usque 12.

Wideb.
Psal. 86.

DEUS, & non est absq; te Deus. Item vers. 15. Verè tu es
Deus absconditus, Deus Israel Salvator. *Psalmo 86.*

Inclina Deus hunc benignus aurem,
Oppressumq; inopemq; mitis audi.
Custodi hanc animam tui ministri
Devotâ tibi mente servientis,
In te spemq; fidemq; collocantis.
Clamorum, tibi singulis diebus
Quos fundo, miserere : Læta mentis
Da solatia servulo levanti
Ad te vota precesq; cordis unum.
Qui placabilis & benignus omnes
Audis, quotquot opem tuam requirunt :
Audi me quoque mitis invocantem,
Orantem toties benignus audi.
Cum tristis fuero, gemens precabor
Et tu suscipies preces gementis.
Non quisquam similis tibi est DEORUM,
Nec tam mirificis stupendus actis.
Pars gentes operum potens tuorum.
Voto supplice sancta visitantes
Templi limina, gloriam tuumque
Nomen laudibus efferent, quod ipse
Tot miracula tanta SOLUS edis.

Hoc est ;

D. Beck.
Psal. 86.

Herr neig zu mir dein gnädiges Ohr /
Erhör mein sehnlich flehen /
Ich bin arm vnd verlassen gar /
Bewar Herr meine Seele.

Nam

Man geht mit mir vmb wider recht/
 Drum hilff du/mein GOTT/deinem Knecht/
 Der sich dir ganz vertrauet.
 Ach Herr erzeig mir deine Gnad/
 Jeglich zu dir ich schreue/
 Nach dir mein Hertz verlangen hat/
 Deins Knechtes Seel erfreue.
 Groß ist/Herr/dein Barmherzigkeit/
 Dein Güt vnd Treu ist stets bereit
 Allen/die zu dir ruffen.
 Mein Gbet laß nicht für Ohren gahn/
 Vernim die Stim meins flehens/
 In meiner Noth ruff ich dich an/
 Du woltest mich erhören.
 Deins gleichen nirgend ist kein GOTT/
 Der solche grosse Wunderthat/
 Wie du/het könn verrichten.
 Alle Heyden/die du gemacht/
 Für deinen Thron hertreten/
 Dem Namen dein wird Ehr gebracht/
 Wenn sie für dir anbeten.
**Es ist kein GOTT ohn du allein/
 Mechtig groß sind die Wunder dein/
 Die dein Allmacht beweiset.**

Jacobi 2. Tu credis quòd DEUS unus est. rectè facis. vers. 19.

Tertiò Baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus

E 2 tus



D. Kirchn. in meth. explicat. doct. Chr. Baptizari in nomi. P. F. & S. S. quid sit? Per Baptismum à peccatis emundamur. Adam. Frã. in margaritã Theol. D. Sim. Pa. D. Kirchn. pag. 532. Dignitas & efficacia Baptismi ùde depēdeat? And. Osiã. in lib. cui titul. Papa non Papa 141. pag. Baptismi efficacia non ex ministri baptizantis dependet intentione.

tus sancti, est nomen Dei super nos invocari, & nos ex gratiã ad vitam æternam in filios Dei recipi & adoptari. Naturã quidem nos sumus filii iræ, sed per Baptismum in nomine Dei à peccatis emundamur, & in filios Dei propter Christum adoptamur. *Sensus verborum est*: Ego minister hoc ritu testificor in nomine, id est, mandato divino, te, qui sic mergeris & aspergeris, hoc ipso lavacro regenerationis ablui à peccatis, & recipi à vero Deo in gratiam, qui est æternus Pater Domini nostri J E S U Christi, & Filius, & Spiritus sanctus, & recipi te propter Filium, & regenerari, ac sanctificari Spiritu sancto, ut sis Filius Dei, & hæres vitæ ac salutis æternæ, in quã est gaudium, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis percepit, sed Deus suis præparavit electis, ubi mille anni ut dies una.

Quartò: Cùm Baptismus in nomine Sacrosanctæ Trinitatis peragatur, *dignitatem & efficaciam Baptismi* non ex ministro dependere, vel æstimandam esse, perspicuum est. Falsa itaq; Pontificiorum sententia est, quã dicunt; Baptismum efficacem non esse, si minister baptizans illi intentionem baptizandi detrahat; *Baptismo enim à Deo datur, non ab homine venit.* Esto; Baptismi efficacia ex ministri baptizantis intentione si dependeat; *Quæ interea baptizati de baptisate certitudo?* Nulla planè. Nullus enim baptizatus, an rectè sit baptizatus, poterit esse certus. Propterea hæc opinio ferenda non est. Nam

1. Scriptura stultam hanc non agnoscit opinionem.
2. In manifestis de Baptismo scripturæ dictis, nulla planè intentionis ministrorum fit mentio.
3. Neq; Apostoli, neq; primitivæ orthodoxæ Ecclesiæ patres hujus doctrinæ mentionem fecerunt.

4. Scho.



4. Scholastici, hujus qui opinionis authores, jus condendi novos fidei articulos non habent.

5. Quia Baptismi certitudo non ex ministri intentione, sed ex infallabilib. institutionis verbis est fumenda. Repudianda itaq; , damnanda, rejicienda, & firmiter credendum, *Sacro sanctam Trinitatem in Baptismo nos in gratiam recipere, regenerare, remissionem peccatorum & Spiritum sanctum nobis donare, inq; posterum nobis adesse, nos ducere, regere & protegere velle, qualis etiam sit minister, bonus vel malus.* Unde *Augustinus.* Non est, inquit, aqua prophana aut adultera, super quam nomen DEI invocatur, etiamsi à prophanis & adulteris invocetur: quia nec ipsa creatura est, nec ipsum nomen adulterum. Item super Johannem: *Baptismus talis est, qualis ille est, in cuius potestate est: non qualis ille, per cuius ministerium datur.* Et *Nicolaus Papa* in Epistolâ ad consulta Bulgarorum ita respondet: Sciscitantibus vobis, si à sacerdote, qui sive deprehensus in adulterio, sive de hac solâ famâ respersus est, debeatis communionem suscipere, nec ne, respondemus: Non potest aliquis, quantumcunque pollutus sit, divina polluere Sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt: nec potest solis radius per cloacas & latrinas transiens, aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde, qualiscunque sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinare non potest, &c. Sumite ergo intrepidè ab omni Sacerdote Christi mysteria, quia omnia in fide Christi purgantur. Fides est enim, quæ hunc mundum vincit.

Quintò; Si toto de Baptismo excutiatu doctrina, & quasi in concisum redigatur compendium, apparet, *Baptismum externam esse actionem à Christo ipso in Novo Testamento institutam, ut videlicet: aquâ tingantur*

18

Baptismi
efficacia.

De unico
Baptismo
lib. 6.

Tract. 6.

Cap. 16. q. 8
c. sciscitan-
tibus.

Baptismus
quid?



seu laventur omnes gentes, id est, omnes homines, cu-
juscunq; nationis, omnes populi, Judæi & Græci. Quo-
modo autem? In nomine Patris, & Filii, & Spiritus san-
cti, adjunctâ promissione gratiæ, quod credentibus in
baptismo applicetur & conferatur.

Baptismi
effecta.

1.

Primò, *Accurata & perpetua salutis conservatio*, o-
mnia quæ Christi beneficia, remissionem peccatorum,
liberationem à legis maledictione, æternaq; damnatio-
ne, reconciliationem cum D E O, & vitam cum D E O
sempiternam complectitur, ut verba Apostoli sonant:

Ad Titũ 3.
Georgius
Major in
expl. epist.
Pauli ad
Titum c. 3.

*Secundum misericordiam suam salvos nos fecit, per lava-
crum regenerationis, renovationisq; Spiritus sancti, per
quod Spiritus sanctus in credentibus & baptizatis ita
efficax est, ut totum hominem regeneret & renovet, ut
qui antea in peccatis conceptus & natus, Filius iræ erat,
jam credens verbo & per lavacrum undam sanguis
Christi ab omnibus fordibus peccatorum ablutus &
mundatus, & Christum induens immensâ misericordiâ
sine suo merito & justiciæ operibus, sit Filius & hæres
D E I, cohæres autem Jesu Christi.*

2.

Sim. Pauli
in Epist.
Dom. post
circumc.

Secundò *Regeneratio*, faciens ex filio iræ, filium
gratiæ, ex filio hominis, filium D E I. Sicut igitur æter-
nus Pater de Filio suo, qui à Johanne in Jordano bapti-
zatur, clamitat ex cœlo: *Hic est Filius meus dilectus*. Sic
de omnibus baptizatis utriusque sexus hominibus, assi-
duè has edit voces. *Hi mei sunt filij dilecti: Hæ meæ sunt
filie dilectæ.*

3.

Tertiò, *Renovatio*, quâ peccatum submergitur &
mortificatur, ac rursus nova instauratur vita.

4.

Ad Titũ 3.
v. 38.

Quartò, *Spiritus sancti donatio*, de qua inquit Apo-
stolus: per lavacrum regenerationis & renovationis Sp.
sancti, quem in nos effudit opulenter. *Act. 2. Delictorũ
pœni-*

pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq, vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. Nam ut Deus per verbum: ita quoque per Sacramenta est efficax, & Spiritum sanctum donat ac confert.

Quintò, *Justificatio*. Quando enim Deus hominem sacri Baptismatis lavacro à peccato lavat emundatque, justificat eum, ita ut peccata ipsi remittat, & Filii sui justiciam, quam obedientiâ suâ erga legem, & λύτρω, quod pro transgressione nostrâ persolvit, nobis est meritis, ipsi imputet.

Sextò; *DEI gratia*. Nam baptizatos recipit Deus in gratiam, & placent, chariq; sunt ipsi, propter dilectum Filium JESUM CHRISTUM.

Septimò, *Hæreditas vitæ cum Deo in cœlis sempiterna possessio*, teste Apostolo: Ut justificati gratiâ ipsius, hæredes efficeremur, juxta spem vitæ æternæ. Quanquam non sint hæredes vitæ æternæ, nisi per Spiritum sanctum renati, & renovati, juxta dictum Christi: *Nisi quis renatus fuerit, &c.* tamen firmissimè tenendum est, per & propter hanc regenerationem & renovationem hominem non esse justum, nec hæredem vitæ æternæ, sed esse justum, salvum & vitæ æternæ hæredem *gratiâ & immensâ misericordiâ Dei, fide propter Mediatorem, & illius unius obedientiam, meritum & intercessionem.* Quia regeneratio & renovatio in hac vitâ tantum inchoatur, perficienda post resurrectionem mortuorum, ubi Deus erit omnia in omnibus.

Nam in hac vitâ incipimus transformari, ad imaginem DEI à gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu, crescente subinde novitate Spiritus, cujus in hac vitâ primitias tantum non decimas accipimus, Igitur novitas

1. Cor. 12

si quis

2. Cor. 4

6.

7. ad Titum 3

Georg. Major in expl. epist. Pauli ad Titum c. 3.

2. Cor. 4

Pf. 143. v. 3.

Baptizan-
dum in no-
mine Patr.
& F. & S. S.

Wig. in
primâ par.
N. T.

Christus
omnibus
dieb. usq;
ad finem
mundi no-
biscum est.
Loffius in
comment.
super Mat.
fol. 230.
Christus
semper nõ
bis præstò.

Matt. 7. 10.

novitas vitæ, cum sit imperfecta, non potest opponi ju-
dicio Dei. Ideo clamat Propheta justificatus & renatus,
& fideliter DEO serviens. *Ne intres in iudicium cum ser-
vo tuo : Quia in conspectu tuo non justificabitur omnis
vivens.*

Ex his omnibus, hactenus quæ dicta, manifestè
apparet, in cuius nomine Baptismus dispensari debeat,
videlicet *in nomine gloriosissimæ Trinitatis, Dei Patris, Dei
Filij, & Dei Spiritus sancti.* Ubicunque enim juxta ver-
bum Christi administratur Baptismus, omnibus ipse
Pater adest ætatibus, adest Filius, adest & Spiritus san-
ctus, efficaciam illi lavacro salutari impartientes, ac re-
generationem perficientes. Quo quidem quasi consi-
lio quid dignius aut augustius esse potest? Non enim
tantum operatione, verum etiam substantiâ hæc ad-
esse personas, suavissimum à Christo testatur dictum,
Matth. 28. 20. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque
ad consummationem seculi.* Q. D. Etsi ascendam in cœ-
lum, non tamen abero à vobis, non derelinquam vos
orphanos, sed veniam ad vos, mittam vobis & Ecclesiæ
Spiritum sanctum ut ministerium vestrum in auditori-
bus salutare sit, & efficax, & vos in omnibus defendam
periculis, atque tandem recipiam vos ad me ipsum, ut,
ubi ego sum, vos quoque sitis. Quid hæc promissione
majus? hæc quid promissione uberius? peccata si nos
conturbant, & exitium minantur, præstò adest Christus,
ea qui expiavit. Si paupertas, si morbus, si infamia, si exi-
lium, impetum in nos faciunt, præstò adest Christus,
Deum nobis qui reconciliavit, qui efficit, ut Deus sit
Pater noster, & nos suos agnoscat Filios. Itaque eum si
invocaverimus, num pro pisce dabit serpentem? Pro
ovo scorpionem? Mors si nos incurrit, præstò adest Chri-
stus,

20
stus, qui ut mortem suam vicat morte, ita & resurrectione suam nobis paravit vitam, ut in ipsum credentes, perpetuam habeamus felicitatem. *Objectio.*

In Actis Apostolorum, ut cap. 2. v. 38. c. 10. v. 48. c. 19. v. 5. discipulos tantum sub nomine Christi baptizasse, legitur:

Ergo illa baptismi formula, qua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizari jubemur, pro legitima habenda non est, cum nec ipsi, id est, Apostoli, preceptam Baptismi formulam observarint.

Ut ut sit, *Apostolos* in nomine Christi baptizasse, inde tamen non sequitur, quod preceptam Baptismi formulam non observarint, sed magis confirmatur. In nomine enim *J E S U* baptizari, significat.

Primo Ipsius jussu & mandato, ut ipse instituit, nempe in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizari, quod simul etiam formam complectitur. Nam formam Baptismi a Christo traditam, nimirum, ut in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizent, Apostolus mutasse, impium est cogitare aut asserere. Et historia, *Actor. 19.* evidenter probat, eos qui non essent in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizati, pro vere baptizatis non esse habitos. Nam Paulus discipulos quosdam Ephesinos, qui baptismate Johannis, corrupta & depravata forma ejus, absq; nomine Spiritus sancti baptizati erant, *in nomine Domini J E S U*, hoc est, secundum ritum a CHRISTO institutum, denuo baptizavit.

Deinde, Verbis istis nihil, vel de observatione, vel formae mutatione, agitur; Sed illud exprimitur, quod baptizati Christo inferantur, & omnium ipsius beneficiorum participes reddantur.

Tertio, Et si maxime his ipsis verbis: *Baptizo te in*

F

nomi-

Resp.

In nomine
Jesu Bapti-
zari, quid
significet?

Baptismi
forma.

nomine Jesu Christi, usi fuissent Apostoli, nihil tamen de substantiâ Baptismi mutatum fuisset. Quia in Christo, Patri simul & Spiritui sancto, reconciliati sumus. Olim hæc cum moveretur Quæstio;

Num etiã iterari debeat Bapt. apud eos? &c.
And. Osiã. in lib. cui Papa non Papa.
De consec. dist 4. c. si revera.
Per nomẽ Christi tota intelligitur Trinitas.
Baptismus in cujus nomine administrari debeat?

Num etiam iterari deberet Baptismus apud eos, in nomine tantum Christi qui essent baptizati? Planè contrariæ diversorum Pontificum reperiebantur sententiæ. Id enim affirmabat Pelagius Papa in Rescripto ad Gaudentium Episcopum: Hoc ipsum verò negabat Nicolaus Papa in Responso ad consulta Bulgarorum: A quodam Judæo multos baptizatos adseritis, & quid inde agendum sit, consulitis? Hi profecto, si in nomine Sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actis legitur, baptizati sunt: Unum enim idemq; est, ut exponit Ambrosius, & in hunc respondit modum: Per nomen Christi tota intelligitur Trinitas. Nam cum Christum dicis, intelligitur & Pater, quo unctus est, & ipse qui unctus est, & per quem unctus est.

Et tantum de tertiã Quæstione,

IN QUA

Breviter & luculenter dictum fuit, in cujusnam nomine Baptismus administrari debeat, nimirum, non in Angeli, non in Romani Imperatoris, non in Regis, non in Principis, alteriusvè magni potentisq; Domini, sed in summo & sapientissimo summæ sapientissimæq; Trinitatis, æterni Patris, æterni Filii & æterni Spiritus sancti nomine, & illius hanc fixam & immotam esse voluntatem, ut omnes, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi, secundum hanc baptizentur formam, & baptizati post hanc caducam & contemptam, æternam & absolute beatam consequantur vitam, quæ est finis omnium bonarum actionum, & requies sempiterna, & gaudium, quod nunquam auferetur à nobis.

August. lib. 1. de Tr. c. 10.

ILLU-





ILLVSTRISSIMIS, ILLVSTRIBUS, INCLYTIS, GENEROSIS, ATQ. NIBILISSIMIS DOMINIS, ILLUSTREM ET GENEROSUM JUNIOREM HERULUM à SCHWARTZBURG ET HOHENSTEIN, &c. ad sacrum lavacrum Ebelebiæ qui attulerunt.

5. Maij.

Reverendis, item, Magnificis, Nobilissimis, Consultissimis, Experientissimis, Clarissimis, cæterisq; eruditione & virtute, maximo cum totius Domus Schwartzburgiacæ qui adsunt applausu, convivis; Salutem, Gratiam, & Benedictionem in Christo, totius generis humani Redemptore, Sempiternam, precatur.

M. MICHAEL Ziegenhorn.

Junius 2.
Tom. orat.
de cõviviis
orat. 3. pag.
671.

IN more hoc fuisse apud Græcos quosdam accepimus, *Illustrissimi, Illustres, Generosi, Inclyti atq; Nobilissimi Domini, cæteri; Reverendi, Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi, Experientissimi*, qui adfuitis hospites atque Convivæ, *Domini submissè colendi*, in more, *inquam*, apud Græcos fuisse accepimus, ut *Platonis* Dialogi à pueris memoriter *Magnificis in Convivijs* recitarentur. Quam quidem consuetudinem nonnulli probarunt, improbarunt alii, quòd minùs decere videretur, *Platonem*, Philosophorum Deum, quem Cicero *nec nimis valdè, nec nimis sæpè laudari posse ait, quem omnium, quicumq; unquam scripserunt, locutivè sunt, principem, quem cum Panætio, Philosophorum Homerum, quem auctorem divinum, quem quasi Deum quendam Philo-*

In cõviviis olim Plato nis à pueris memoriter recitabantur Dialogi.

Muretus 2. orat. lib. orat. 4 cū explicare inceperit libros Platonis de opt. Reip. statu



Platonis encomion. *sophorum vocat, cuius sapientiam & eloquentiam sic ad-*
 Tragœd. in. *mirata est antiquitas, ut Jovem ipsum dicerent, si Græcè lo-*
 conv. non *queretur, sic loqui, inter pocula, animiq; gratiâ, audire.*
 tractandæ. *Sed neque Tragœdiarum recitationes esse aptæ conviviis*
 Conv. ma- *videntur, cum ingentes illæ commiserationes habeant,*
 gis amant *& magnos excitent metus. Neque etiam, propter di-*
 comœ: no- *cendi libertatem nimis vehementem, conviciandi le-*
 vas, quàm *vitatem, scurrilitatem fastidiosam & apertam, verba la-*
 veteres. *scivia & indecora, obscura dicteria, ex Convivio Scho-*
 Comœd. *lam quæ faciunt, Veteres probantur Comœdia: Gram-*
 nov. quid? *maticam & explicatorem postulant. Magis nova arri-*
 Comœdia- *dent, quæ mores ac humanitatem conformant, rebus*
 rû effecta. *& verbis iis constant, in quibus cum seriis joci sunt per-*
 Cic. pro S. *mixti, ad id tantum factæ videntur, ut accumbentium,*
 Roscio A- *animos relaxent, oblectent, juvent, utq; effectos mores in ali-*
 mer. *enis personis, expressamq; imaginem vitæ quotidianæ osten-*
 Junius i. *dant: quibus qui dant operam, pronunciationem confir-*
 orat. tom. *mare bonam, emendare ac corrigere vitiosam discunt: nec*
 orat. 4. de *ita prorsus, ut vulgus hominum loquitur pronunciant,*
 Ædif. pub. *nec procul à naturâ recedunt, sed communem sermo-*
 & privat. *nem decoro quodam Scænico exornant.*
 pag. 995. *Naximè verò versus in Conviviis placent, neque*
 Versus ma *magnam solam gratiam, verumetiam insignem secum*
 ximope- *adferunt utilitatem: Si tempestivè & moderatè, non*
 rè in cõvi- *uimis crebrò illi adbibiti, & ab authoribus petiti graviori-*
 viis placēt, *bus fuerint. Nec minus jucundæ narrationes & Histo-*
 & historiæ. *riæ, de quibus Petta:*
 Vinc. Obs. *Sunt lepida historie, sunt dulcia carmina vatam,*
 in lib. i. de *Hæc in Symposiis tum recitanda puta.*
 ant. bibedi. *& gratæ cum Theologicæ, tum Philosophicæ Quæstiones.*
 Quæsti. cū *sunt, modo in his eorum, qui interfunt Convivio, ratio*
 Theo. tum *habeatur. Illud etenim maximoperè observandum,*
 Phil. in cõ- *in con-*
 v. placent.

in conviviis, operaque danda, ea in his ut proponantur, scribantur & publicentur, quæ esse grata convivis atque hospitibus: horum amorem atque benevolentiam conciliare, non conflare odium & invidiam possunt. Sentio itaque, Illustrissimi, Illustres, Generosi, Inclyti atq; Nobilissimi Domini, cæteriq; Reverendi, Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi, Experientissimi, qui adestis Convivæ, Domini animi submissione atq; observantiâ perpetuâ colendi, Sentio, inquam, præsentis meas Baptismo inscriptas Quæstiones, quas, Domino sic sic benedicente, ad Illustrem ac Generosum Comitem ac Dominum, Dominum CHRISTIANUM GÜNTHERUM, Comitem à Schwartzburg & Hohenstein, &c. lætè atque exultanter de novello nato, ac Ecclesiæ per Baptismum Hoc Die initiato HERULO, scripti, cum jucundas, tum salutates esse. O sacrum diem! omnibus faustis ac secundis omnium dignissimum. O festum diem! Universe Domui Schwartzburgiæ charus qui & per jucundus: Et quis non ejuscemodi illum esse intelligit, ut & ad læticiam atq; gratulationem mutuam, & laudem ac celebrationem, vel dormientem excitare atq; inflammare debeat? Siq; Augustus Cæsar apud Capreas ilicis verticillæ ad terram jam dimissos languentesque ramos suo convaluisse adventu ita lætatus est, ut cum Neapolitanorum eas Respublicas permutaret: Si omnibus læticiis tum Aristoteles incessit, cum solo æquatam patriam suam excitavit, ac cives reduxit: Si digito sese cœlū attingere Thales arbitratus est, cum trianguli & circuli ascriptionem invenit, eoq; nomine bovem Mathematicis Musis immolavit: Si in more ac consuetudine istud positum Romani habuerunt, ut Calendis Januarijs invicem fausta ominarentur, darentur alternæ acciperenturq; preces: quidni & nos lætis prosperisq; mutuò

F. 3.

nos

Junius 2.
orat. tom.
orat. 3. de
conviviis.

22

Gratulato-
rias meas
Quæstio-
nes accep-
tas esse,
sentio.

Hoc die to-
ta domus
S. una cum
subditis læ-
ta esse de-
bet.

Ilex revale-
scens Cæ-
saris, ad-
ventu.

Aristotelis
patria re-
stituta.

Trianguli
inventio.

Gaudea-
dum mo-
dò & læ-
tandem.

1.
Dominus
suos curās
subditoz.
Religionis
at littera-
torum
amans.

Pfal. 25.
2.

3.

nos verbis prosequeremur: qui, quò tandemcunq̄ue
mentis atque oculorum nostrorum aciem converti-
mus, ejuscemodi omnia deprehendimus, *ut meritò no-
bis gratulari, De oquè agere gratias debeamus.* Itaque,
quod præstare nunc unicum valeo, ad Vota, omniq̄ue
me confero, & *primum* quidem tibi, *ô Generose generosu-
li Heruli nostri Parens!* nihil qui subditorum tuorum,
commodis, religionis propagatione, litterarum, littera-
torumq̄; promotione habes antiquius, hospitium Mu-
sis concedis, ab omni eadem curâ vacuas, solutas mole-
stis, metu liberas, immunes periculis reddis, submissè
gratulor, exq̄; animo, præsentem advenisse diem, gau-
deo, & DEUM, quem expectantes, non pudefient, pre-
cor, *illius ut latum initium, faustum sequatur medium, hoc
ipsum finis fortunatus ac secundus excipiat.* Dein, & tibi,
ô Generosa, ôq̄vè fecundissima Mater! humiliter atque
indefinenter, citraq̄ue respirationem, gratulor, nihilq̄;
aliud ab eodem Deo opt. max. peto, *quàm ut misericor-
diam illius ac bonitatem immensam re ipsâ unâ cum filiolo
satis superq̄; deprehendas.* Tertio, quicquid in me vel
observantiæ, vel studii, vel læticiæ, id omne vobis, *ô ge-
nerosissimi Domini Comites à Schvartzburg & Hoben-
stein, & c. Domini mei Clementissimi, Ditionis Schvartz-
burgiacæ qui fundamenta & propugnacula, meaq̄; lumi-
na qui estis & columna, submissè & demissè defero, deq̄;
tàm Illustri Illustrium parentum & cognatorum gau-
dio, subditorumq̄ue commodo, idem Novellonato &
baptizato Herulo, gratulor. Vigeat nunc jo, floreat atque
triumphet Domus Schvartzburgiaca perpetuò, vigeat,
inquam, floreat, vivat & valeat, ut, qui Musarum in ca-
stris stipendia facimus, habeamus, nobis quod gaudea-
mus. Non persequi hîc omnia commoda volo, nec, si
vel-*

4.
vellem, pagella suffectura unica esset. Tandem tan-
dem & ad vos euge, ô Illustrissimi, Illustres, Generosi, Incl-
ti atque Nobilissimi Domini Compatres, cæteri que, Reve-
rendi, Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi, Experientissimi,
qui adestis Hospites atq; Convivæ, opportunè me con-
verto, & quid ego vos velim, pauca ut auscultetis, rogo.
Curam modò ac sollicitudinem omnem abjicite, & sin-
gulorem clementiam atque bonitatem DEI admirabilem, o-
mniumq; piorum animis gratis agnoscendam, prædican-
dam vocibus, litteris celebrandam, cognoscite & prædica-
te, multaq; cum hilaritate & incredibili leticiâ præsentì
adeste Convivio, & mutuò vos Salibus, Jocisq; ingenio-
sis, elegantibus, doctisq; exercete, ita qui placent, ut cibi
interdum potusq; oblivio convivæ capiat. More istud
olim apud Veteres in Conviviis receptum fuisse, legi-
mus, ut buglossa vino injiceretur, quod letitiam ac hilari-
tatem inducere: amovere tristitiam ac Melancholiam sta-
tueretur. Idem & verbenarum succis rigatum solum,
& Nepenthes præstare est creditum. Sunt Hora-
tij illud qui commendant:

Tu sapiens vitare memento
Tristitiam, vitæq; labores
Molli, Plance, mero.

Et Homeri Il. 6.

Corporibus fessis magnum dant vina vigorem,
Vel sic; interprete Heslo.

— Nam corpora fessa virorum
Dulcia vina levant, animisq; & viribus augent.

Hoc est;

Groß krafft der Wein dem Menschen bringt/
Wenn man ihn nur messiglich trinckt.

Wein

Horat. lib.
1. carmin.
od. 8.

Nicht mit
Massen.

Wenn man aber feht vbers Ziel/
 So thut der Wein das Widerspiel.
 Vnd nimt dem Menschen seine Krafft/
 Denn Trunckenheit kein nutzen schafft.

Colloquia
 amica in
 conviviiis.

Verum, non parum hanc facere ad rem *amicorum colloquia & Sermones jucundi, rebusq; convenientes* solent; utpotè qui efficiunt, ut *Conviviorum Societas* conserve- tur, *mutua animorum conjunctio atque benevolentia*, aut excitetur, aut foveatur.

Quatuor
 boni con-
 vivii.

Et apud *Varronem* quatuor bonum ad Convivium requiruntur: *Apparatus sine indulgentiâ: lectum tempus: lectus locus: lecti viri*; nec scaphis aut staturis, magis mu- ti, nec clamosiores lauro, loquaciores turture proban- tur. Neque enim tales aut Conviviorum decorum ob- servare, aut cur *ἐπιείκεια, ἀγαπῶν, Φιλίτια*, olim hæc fir- dicta perpendere: Sed honestatis transilire fines ac se- pta videntur.

ἡμεῖς δὲ
 ἡμῶν ad
 Deum ut
 vota firma
 rataq; esse
 finat.

HÆC mea vota & omnia, benigne ac clemens **DEVS**, qui hæctenus nos nostraque atque adeò universam Domum Schvartzburgiacam es- tutatus, & sine cujus benedictione maledictiones omnes fiunt gratulationes, paternè rata confirma- taque ad nominis tui laudem & gloriam esse sine. Adverte quæ luminum deliquia aliaq; hoc anno minantur: Contra Papistarum & Calvinistarum rabiem ac furorem nos defende, victoriis eos dona, qui pro verâ religione, aris, focis, libertate corpora sua offerre neutiquam dubitant. Etiam in poste-
 rum

23
rum *Illustres ac Generosos Comites à Schwartzburg & Ho-*
benstein, &c. Dominos meos clementissimos, qui
litteris earumq; cultoribus per modum benignè
liberaliterq; hospitium præbent, sumtibus non exi-
guis docentes & discentes alunt, contra omnes o-
mnium injurias defendunt ac tuenter, unà cum
aliis piis magistratibus & fidelibus Ecclesiarum
Doctoribus, clementer conserva, gubernata, dirige:
Omnium docentium & discantium studiis ac co-
natibus fave: ut tibi grata, accepta nostris, Rei-
publicæ salutaria, nobis ipsis honorifica paren-
tur: factorum, & omissorum cum rationes erunt
aliquando reddendæ, nullo suffundamur pudore,
sed læti tandem illam in Academiam transferamur,
in quâ error à ratione, à voluntate dolor, à me-
moria timor omnis recedat,
Amen.



G

NOBI



NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO
VIRO,


DN. CHRISTIANO-
MELCHIORI A SCHLOTHEIM,
AULÆ EBELEBIENSIS PRÆFACTO
gravissimo & vigilantissimo, Fau-
tori suo colondo.


S. P.

Presentes meas de Baptismate Quaestiones, Illustri &
Generoso Comiti ac Domino, Domino CHRIS-
TIANO-GUNTHERO, Comiti à Schwartz-
burg & Hohenstein, &c. quibus Generosit. suæ nomen im-
mortalitati apud posteros, novello de nato & Baptizato
Herulo, commendare volui, per omne humilima submissio-
nis munus, ut, post accuratè publica expedita negotia, præ-
sentes, te, Nobilissime præfecte, rogo. Pro hoc & publi-
cè, & graviter, & ornatè, & pleno ore te olim laudabo.
Benè vale. Sundershusi 30. Aprilis 1616.

M. MICHAEL Blegenhorn.

E I N I S





Aug VI 64

ULB Halle


3

002 393 28X



sb.







B.I.G.

Farbkarte #13



ES
ISMATE
ONES.

A.
is in Ecclesiâ nati, dum adhuc
sint in foedus DEI, & sint fi-
næ, prius etiam quam bapti-
zizentur? *Negatur.*

R. A.
juxta *Calvinistarum* opinio-
vitam æternam ordinati, do-
ti accipiant: an verò omnes
cto & regenerationis benefi-
posterius verò affirmatur.

A.
Filiij & Spiritus sancti bapti-
is voto

cente Herulo pufillo,
iti ac Domino,
- G U N T H E R O
Hohenstein, Domino in Arnstadt,
ttenberg, &c. Domino suo

no,
submissione
it
orn Treb - Tyrig.

NUM,
ACHIMI KRUSICKEN,
XVI.

